



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCLIX. Die Grafen Heinrich von Schwerin und Johann von Holstein
berichten dem Papst Johann den XXII., daß der Herzog Erich von
Sachsen-Lauenburg auch für die Mark Brandenburg als Reichsvicar gelte,

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

chionatus ejusdem Ludovici primogeniti, qui tibi etiam ac nonnullis earum parciun injuriosus existere dicitur, optamus in hac parte maliciis et temerariis ausibus obviari, Nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur, quatinus pro Domini et ejusdem Ecclesie Matris tue reverentia huiusmodi excessivis dicti primogeniti actibus viriliter et strenue, ne pravos et dampnatos conceptus suos possit in partum producere, te opponens sic ejusdem Ecclesie iniurias in hac parte studeat propulsare, quod preter laudis humane preconium divinam et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam uberius consequaris. Datum Avinion, Idibus Julii, Anno duodecimo. In eundem modum henrico Domino Magnipolensi. In eundem modum nobilibus viris Johanni de Slavia, et fratri suo, aliisque nobilibus terre Slavie.

Aus dem Vaticanischen Ges. Archiv. Ex Reg. litt. secret. Ann. XII. Epist. 1710, p. 176. T. VI.

DCLIX. Die Grafen Heinrich von Schwerin und Johann von Holslein berichten dem Papst Johann den XXII., daß der Herzog Erich von Sachsen-Lauenburg auch für die Mark Brandenburg als Reichsvicar gelte, i. J. 1328.

Sanctissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, divina providentia Sacro Sancte Romane ac universalis Ecclesie summo Pontifici, Henricus, Dei gratia Comes Zwerinensis, nec non Joannes eadem Gracia Comes Holsatie et Stormarie, terrarumque Lalandie, Valstrie et Ymbrie Dominus, cum recommendatione se ipsos et devota pedum oscula beatorum. Relatione Nunciorum Illustris principis Domini Erici, Saxonie, Westfalie et Angarie Ducis, Sacri Imperii Archimarscalli, ac eciam publica fama referente, ad noticiam dicti Domini Erici Ducis et nostram pervenit, quod apud sanctitatem Vestram, quis inter predictum Dominum Ericum ex una et Dominum Rudolphum parte ex alia, Duces Saxonie, vocem in electione Sacri Romani Imperii debeat obtinere, dubium sit exortum.

Nos igitur cum certa dominia in terris nostris, videlicet Slavie nec non Holsacie et cet. in feudo a dicto Erico teneamus, Sanctitatem Vestram ad requisitionem prefati Domini Erici Ducis, in quantum per experientiam didicimus, reddere duximus certiore et presentibus litteris nostris Sanctitati Vestre significamus, quod a progenitoribus nostris et senioribus ita accepimus, quod Duces Saxonie, partem orientalem ipsius Ducatus tenentes, cui terra Hadelerie est annexa, quam partem nunc tenet Dux Ericus predictus, et presertim senior inter ipsos, Vocem in electione Sacri Romani Imperii dumtaxat debeat obtinere, ac progenitores et fratres ipsius Domini Erici, et ipse Ericus fuerunt et sunt in possessione vel quasi juris eligendi Romanorum Imperatorem. Temporibus etenim progenitorum nostrorum et nostris, Illustris Princeps Dominus Joannes, ipsius domini Erici pater, et in propria persona magnificum Principem Rudolphum cum caeteris coelectoribus

suis et comprincipibus Regni in Regem Romanorum elegerunt. Post hec vero Imperio vacante per mortem dicti Rudolphi Regis, ipso etiam Joanne Duce sublato de medio, Joannes et Albertus ipsius Joannis liberi, fratres sepe dicti Domini Erici, nunc Ducis, Regem Adolphum elegerunt. Quo iterum defuncto et Imperio vacante, Lupus de Swartenbeke ac Joannes de Crumesse, milites, de speciali mandato dictorum Joannis et Alberti, cum caeteris Principibus et viris electoribus admissi, Dominum Hinricum de Lutzenburg in Regem Romanorum elegerunt. Quo iterum defuncto ac vacante Imperio, Dominus Joannes, sepe dicti Domini frater, ad electionem, licet heu cismaticam evocatus fuerat atque presens. Item quod ad dictum Dominum Ericum et suos dictam partem Ducatus Saxonie tenentes spectavit et spectat Jus eligendi tantum, patet ex eo, quod ad ipsum Dominum Ericum predictum, tanquam ad Archimarschallum sacri Imperii, ab omnibus Principibus orientalibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus et caeteris Nobilibus in omnibus causis de jure et de facto appellatur, qui etiam supra dicta bona sua feudalia ab ipso recipiunt, et se Vasallos fore recognoscunt. Et nos recognoscimus ejusdem fore vasallos in terris nostris supra dictis. Item quod de predicto omnibus et singulis in partibus Saxonie, Westfalie et Angarie, Marchionatus Brandenburgensis, Slavie, Holsacie et aliis locis vicariis fuit et est publica vox et fama, ac publica et notoria fuerunt et sunt, in locis supra dictis et a tanto tempore, cujus contrarii memoria non existit. In quorum omnium evidentiam ad requisitionem sepe dicti Domini Erici Ducis, Sacri Imperii Archimarscalli, sanctitatem Vestram de predicto dubio informando Sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Anno M. CCC. XXVIII.

Aus der Urkundenammlung der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen historischen Gesellschaft II, 1.

DCLX. Pfand- und Lehnbrief des Markgrafen Friedrich von Meissen für die Burggrafen Hermann und Meinher von Meissen, über das Schloß Frauenstein, vom 11. April 1329.

Wir Frederich von gotis gnaden Lantgreue zu Turingin, marcgreue zu Misne vnd in dem ostirlande vnd herre in Lande zu Plyzne, Bekennen vnd tuen kund offenlichin an disim brieue, daz wir den edeln mannen, vndirn Liben liben getruwen, Her- manne vnd Meinharte gebrudirn, Purgreuen zu Misne, vnd irn erbin, habin geligin vnd lichin an disim geginwortigin brieue daz huz zu vrouwenstein, mit allim rechte vnd alle die dorfere, die dazu gehoren, odir von aldir gehort habin, vorlehent odir ledik, vmme vier hundirt Schog grozir phenninge, der sie vns driehvndirt schog gereite gegeben habin, vnd hvndirt vor ire schadin, den sie in vnsim dinstre redelichin genvmen vnd bewisit habin, also bescheidenlichen, Daz sie vns daz selbe hus zu vrouwenstein sullin haldin von sende walpurge Tage, der neiste kumt, vbir vier Jar: wenne wir zu rate wurdin in den selbin vier Jarn, daz wir daz vorgeante huz zu vrouwinstein widir habin woldin, so suln sie es